Vultūris, a, um, quod est vulturis. ¶ GAL. De vautour. ITAL. Di voltoio. GERM. Von einem geier. HISP. De buytre. ANGL. Of a grappe. ¶ Plin. lib. 30. cap. 4. Vulturinus sanguis cum chamæcontis albæ (quam herbam esse diximus) radice, & cedri tritus, lepras sanat.

Vulturina species, apud eundem lib. 10. cap. 3.

Vulturaria, Vulturata, V.E. Italiz. sub A. Beneventano.

Vulturnum. βαλτόν, oppidum Campanorum est, à Vulturno fluvio, qui ipsum præterfluit, dictum. Est autem Vulturnus fluvius ille qui per Capuam fluit, & circa Cumas in mare illabitur. Pompon. Mela lib. 2. Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. ¶ Est & Vulturnum Hetruscorum oppidum, teste Liv. lib. 4. ab Urbe.

Vultūris, ventus qui ab Oriente hyberno spirat, ut ait Plin. lib. 2. cap. 47. &c. ¶ Vulturnus ventus dicitur Euronotus. Item unde flat, docet Gell. cap. 22. lib. 2. Dictus à vulturis volatu (ut quidam aiunt) quoniam altè resonat. ¶ GAL. Oest, vent d' Orients. ITAL. Oestem. GERM. Ein aus den Ostwinden wöchentlicher von des winters aufgang harrt. ANGL. The north east wind. ¶ Hoc nomine etiam dictus est fluvius, ut in dictione præcedente diximus: cujus etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vultūs, us, propriè dicitur habitus sive status faciei, qui pro animi affectibus aliis atque aliis ostenditur. ¶ GAL. panim. μέσον. GAL. Visage, tronque, face. ITAL. Volto, faccia. GERM. Angesicht. HISP. Cara, el gesto de la cara, la haz. ANGL. The visage, or countenance. ¶ Dictus vultus à verbo Volo; sicut à color, cultus. Ovid. 5. Fast.

Addidit & vultum verbis iterumque rogavit.

Senec. cap. 15. de cons. ad Helv. Quo viso (filio) tristem vultum relaxavi. Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Inque means nirodes dominam convertire vultus.

Plaut. Amph. Vultum è vultu comparet, Tristis sit, &c. Ovid. 5. Fast. Vox erat in cursu, vultum dubitantis habebam.

Plaut. Aul. sc. 6. a. 4. Te esse bonum è vultu cognosco. Cicer. in Pisonem. Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi decepterunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, &c. Cicer. lib. 3. de Orat. Imago animi vultus est, indices oculi. Plin. lib. 3. cap. 19. Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, ne aut hilari magis, aut turbato. Cicer. pro Cluentio, Recordamini faciem atque illos ejus fictos, simulatōsque vultus. Idem 1. de legi. Et is, qui appellatus vultus, qui nullo in animante esse, præter hominem, potest, indicat mortes. Quintil. Tamen in eadem facie (orationis sup.) quasi vultus mutandus. ¶ Apud Poëtas tamen non raro vultus accipitur pro facie. Martial. lib. 1.

Dum nulla teneri sordent lanugine vultus.

Ovid. lib. 13. Metam.

Quid moror interea crudelia vulnera lymphis

Abluere, & sparsos immitti sanguine vultus?

Antiqui protulerunt vultum, neutr. gener. quod & Nonius annotavit. Enn.

Aversabantur semper vos, vestraque vultus.

Lucret. lib. 4.

— sed quos utriusque figura.

Esse vides mislim referentes vulta parentum.

¶ Vultu soluto, cui contracto opponitur. Senec. 2. Epist. lib. 3. An tu existimas quenquam soluto vultu, & ut isti delicati loquuntur, hilari oculo mortem contemnere?

Vulticulus, diminutivum est, Vultus severitas. ¶ τὸ μετωνυμός seu μετωνυμός. GAL. Petit visage. ITAL. Picciola faccia. GERM. Angstgesicht. HISP. Pequeña cara y la haz. ANGL. A little visage. ¶ Cicer. ad Att. lib. 14. Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret.

Vultūs, a, um, Tristis, severus, vel nimiā vultūs ostentatione, & mutatione, quod mimicum est & scenicum. ¶ μετωνυμός. GAL. Qui tient contenance & visage severe & grave. ITAL. Chi ha volto severo, è grave. GERM. Eines ernsthaften angesichts. HISP. Cosa con gestos o visajes torcidos, y graves. ANGL. Of an heaving and sad countenance. ¶ Cicer. in Orat. In quo quum efficeris, nequid ineptum sit aut vultuosum. Quintil. lib. 11. cap. ult. Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuosa, & gesticulationibus molesta, & vocis mutationibus resultans. ¶ Vultuosa frons, apud Apuleium pro tecrica legitur, & ad severitatem composita. Ait enim lib. 3. Metam.

Calepini Pars II.

Longè dissimilis advenit, non læta facie, sed vultuosa fronte, rugis insurgentibus afficerabat. ¶ Vultuoso, tristis. Sidon. epist. 17. lib. 4. Puer familiaris astitit vultuoso. Amm. Marcell. lib. 29. Incedebat passim ac latè os circumferens vultuoso. Sidonius epist. 11. lib. 1. Alij tristes vultuosi. Cerda.

VULVÆ, & Vtriculus ille in feminis, in quo fœtus fit conceptus. ¶ γενεθλίον, διλόφος, πόντη. GAL. L'amarri, la matrice. ITAL. Matrice. GERM. Die hermutter. HISP. Vientre donde conciben las personas. ANGL. The womb of a woman. ¶ Dicta vulva, quasi volta, quod fœtus cā involvatur. Propriè autem vulva est brutorum animalium: uterus autem mulierum. Plin. lib. 11. cap. 37. Feminis eadem omnia præterquam vesicæ junctus utricle: unde dictus Vterus, quod alio nomine locos appellant: in reliquis animalibus, vulvam. Vulvam suillam Romani in deliciis habuere, præsertim ejectitiam. Nam quæ effœtis è partu eximebatur (quam porcariam vocabant) tanquam lividam, & macram rejiciebant. Plin. loco jam citato, Vulva ejecto partu melior quam edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima. Contrà effœtis à partu, præterquam eodem die suis occisæ, livida ac macra. Nec novellarum suum præterquam primipararum probantur, potiusque veterum, neendum effœtarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejecerint diè? Martial.

Te forsasse magus capiet de virgine porca.

Mo materna gravis de sue vulva caput.

¶ Os vulvæ apud Cels. lib. 7. cap. 19. (que emortuo partu id comprimit, ex intervallo vero paulum dehincit) est os uteri. Quandoque accipitur vulva, pro ipso pudendo muliebiti. Juven. Satyr. 6.

— Adhuc ardens rigida tentigine vulva.

Plinius quoque boletorum prorumpentium in ovi speciem album illud involuctum, Volvam nuncupat. Idem lib. 22. cap. 22. Volvam enim terra ob hoc prius gignit: ipsum postea in volva, cœu in ovo est luteum. Vide Volva.

Vulvula, pisces genus.

Vxam, oppidum Hispanæ citerioris in tractu Arevacorum: ut scribit Plin. lib. 3. c. 3. Ptolemæo Vaxama, οὐκέπονος appellatur lib. 2. c. 6.

Vxellæ, Insula Britanniæ urbs, in tractu Demoniorum: ut scribit Ptolemæus lib. 2. c. 6.

Vxor, is, quæ viro tradita est. ¶ γυνὴ ischschah. γυνὴ, ἄρχιτις, συνοικητή, αὔλογος. GAL. Femme mariée. ITAL. Moglie, moglier, o donna. GERM. Ein eheweib oder ehreweib. HISP. Muger casada generalmente. ANGL. A wife. ¶ Vxor quæ sit, docet Quint. declamat. 2. 47. Sueton. in Calig. cap. 2. 4. In modum justæ uxoris (Drusillam) propalam habuit. Plaut. Cure. sc. 2. a. 5. Quid cessas hanc huic uxori dare? Item, Spondēne mihi hanc uxorem? M. Spondeo. Idem Aul. sc. 3. a. 1. Volo te uxorem domum ducere. M. Cras veniat: petendic feratur foras. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Te obtistor per illam quam tu metuis uxorem tuam. Ibid. sc. 2. a. 5. Amantem uxoris maximè, (mox, osorem uxoris.) Idem Men. sc. 2. a. 5. Est modus quoad uxorem, pati oportet virtus mariti. Ibid. sc. 3. a. 1. Ut uxorem, ubi te aspicio, odi male. Idem Moth. sc. 3. a. 1. Quibus onus domi uxores sunt. Idem Men. sc. 4. a. 2. Ego quidem uxorem nunquam habui, neque nunc habeo. Ibid. sc. 2. a. 4. Dic mea uxor, quid tibi ægre est? Ibid. sc. 2. a. 4. Cum ultrò, cum uxore, Dij vos perdant. Ibid. sc. 1. a. 5. Suppilas uxori tuae aurum (i. mihi: loquitur etiam uxor marito.) Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Pene mihi puer nec digna, nec utilia uxor

Est data.

Plaut. Aulul. Prolog. Poscere uxorem, bis dixit. Idem Menach. sc. 2. a. 1. Vxor se simulat male loqui. Terent. in Adelph. Vxor sine dote venit. Cicer. pro Sextio, Duxit uxorem patre vivo viri optimi & calamitosissimi filiam C. Scipionis. Idem lib. 2. de Oratore, Extui animi sententia tu uxorem habes? Virg. 6. Eclog.

Mopse novas incide paces, tibi auctur uxor.

Horat. lib. 1. Epist. 2.

Quaritur argentum, puerisque beata creandis

Vxor.

¶ Vxores vocatæ filiæ à matitis, ut inquit Suet. c. 17. Mariti vero, patres ab uxoribus appellati. Liv. lib. 4. d. 4. Vide suptæ, Remitto. ¶ Vxorem habere liberorum quærendorum causa, jusjurandum Censorium, Gell. c. 3. lib. 4. Hinc Plaut. Capt. sc. 2. a. 4. Vxor data est ei liberorum quærendorum causa. ¶ Vxor diviti spadonis, vel interris, licet congregati cum cognato matiti, lege Solonis: Plutarch. in Solon. ¶ Mox uxor credenda alteri, Roinæ & commodanda, Spartæ. Idem in Cons. Num. & Lyc. Dictas autem putat uxores Servius, quasi uniores, ab ungendo, quod ante quam limen mariti transiarent, postes avertiuncularum malorum causa ungerent. Verba ejus sunt hæc in 4. Æneid. Mos erat, ut nubentes pueræ, simul quum venissent ad limen mariti, postes ait, quod ante quam ingredierentur, ornarent laneis vittis, & oleo ungerent: & inde Vxores dictæ sunt, quasi uniores. Plin. quoq; lib. 28. c. 9. Scribit. novas nuptias mariti domum intrantes, solenne habuisse adipe postes inungere. ¶ Vxorem æqualem quædere. Adagium admonet ne quis cupiditate aut ambitione allectus, se potentiorem ducat uxorem: nam ejusmodi feime connubia inauspicato cedere. Deianira apud Ovidium, ad suum secundum transtulit proverbium,

Quam male inæquales veniunt ad aratra juvenci,

Tam juveni magno conjugé nupta minor.

Non honor est, sed onus, species lastra ferentes:

Si qua voles apte nubere, nube pari.

Plut. de liber. educand. Sapientis est, inquit, uxorem sibi parem congruamque ducere.

Vxorcūla, diminutivum ab uxore, blandiendi gratiâ deductum. ¶ γυναικεῖος, γαμαῖος. GAL. Femmelette mariée. ITAL. Moglieretta.

Hh 4

GERM.

GERM. Chweiblin. HISP. Pequena muger casada. ANGL. A little wife. PLAUT. Casina, Eia uxorula. Vxorius, a, um, quod est uxoris, vel quod ad uxorem pertinet.

GAL. De femme mariée. ITAL. Della moglie. GERM. Einem ehreverb zugehörig. HISP. Cosa perteneciente à muger casada. ANGL. Of a wife or belonging to a wife. 3 ut, Res uxoria. Cic. lib. 3. Offic. In arbitrio rei uxoria melius, æquius. Tacit. lib. 3. Quid honestius, quam uxoriū lavamentum? Sueton. in Calig. cap. 25. Cæsariam enixam uxorio nomine dignatus est. Ovid. lib. 2. de arte amandi:

Hoc decet uxores: dos est uxoria, lites.

Vxoriae rei actiones quando primū cœperunt, docet Gell. cap. 3. lib. 4. Vide lib. 5. Cod. Iustin. tit. 13. ¶ Vxoria forma, à Phavorino apud Gell. lib. 5. cap. 11. vocatur forma media inter pulcherrimam, & deformissimam, quæ scilicet & nimis pulchritudinis periculo, & summo deformitatis odio vacat: quam Ennius in Menalippa Staram formam appellat. ¶ Aliquando uxoriū dicitur, qui uxori nimis inservit. ¶ Φιλογυνις. GAL. Qui se laisse gouverner à sa femme. ITAL. Chi si lascia governare alla moglie. GERM. Ein weibermann/der seiner ehfravoen vol vergeben than / oder nachges ben. HISP. Que se govienas por su muger. ANGL. One that is in his wifes subjection. ¶ Virg. 4. Æneid.

tu nunc Carthaginis alta

Fundamenta locas, pulchrāmque uxoriū urbem

Extrius?

Vxoriū (substantivè) maritus nimium obsequens uxori. Vxoriōsus, ἐπί τιμῆς γυναικός φίλος, qui propriam uxorem diligit. Vzita, 8cīm, urbs Africæ proprie dicta, sub Adrumeno sita, juxta quam Cæsar vicit Scipionem. Vide Strab. lib. 13. & Ptol. lib. 4. cap. 3.

VV

VV, litera frequentata à Germanis, & iis, qui linguam eorum dialecti attingunt similitudine aliqua, sive propinquiore, aut remotoiore. Qui autem nativam Germanis vocibus pronunciationem servare student, VV retinent, ut Jornandes, & Paulus Diaconus, & auctores eorum legum, quæ veterum Alemannorum, Longobardorum, Boiorum, &c. Ex illis hic quædam dabimus haud certè contemnenda, quinimò lectu dignissima.

VVacta, vigiliæ, excubia. GERM. wacht, quod Galli mutarunt in Guet.

VVadium, pignus.

VVadio, VVadium præsto.

VValapauz, est, dum quis alienum furtivum paludamentum induit, aut sibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguravit.

VValavvorf. Si discrimina ejecerit de capite, VValavvorf dicunt, vel virgini libidinosè crines de capite extraxerit, cum xii. sol. componat.

VVancluga. Si quis liberam fœminam suaserit quasi ad conjugem, & in via eam divisoriter, quod Bajuvarij VVancluga vocant: cum xii. sol. componat.

VVancstodal. De simulatis, quod VVancstodal dicunt.

VVantus, chirotheca, manica. Galli vocant Gant.

VVaranio, nis. Si quis VVaranionem homini Franco furaverit, DCCC. denar. qui faciunt sol. xlvi. componat. Videtur esse equus bellicus, ephippiarius.

VVardia, custodia. Galli, Garde.

VVarengangus, qui non moratur in loco.

VVarenda, & VVarendia, custodia, defensio, cautio, assertio.

VVargus, expulsus.

VVatterfordia, Watterford, V. E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi.

VVchedinc. Spondeant invicem, VVchedinc. Duellum indicat, quod veteribus nimis frequens & sacrum erat.

VVella: VVelles, V. E. Anglia.

VVerigeldum, quod & VVidrigild. Papias: VVirgild, secundum quod appretiatum fuerit.

VVerinus, VVerini, qui Plinio Varrini. Tacito Varini. Ptolomeo Αναρχηοι. Cassiodoro Guarini.



X

X LITERA semivocalis est, ξ, quæ vim duplicitis consonantis habet, pro qua modò cs, modò gs, primitū utebantur, ut Apes, Gregs: pro quibus nunc Apex, Grex dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 4. Et nostratum ultima X, quâ tamen carere potuimus, si non quæsissemus. Latini hoc elementum, quod vastioris soni videretur, quibusdam dictionibus exemerunt: unde pro vexillo Velum, pro axilla Alam, pro paxillo Palum dicere maluerunt. Quod & ipsum testatur Cicer. in Oratore ad Brutum. Quemadmodum (inquit) Axilla noster Ala factus est, fuga vastioris literæ: quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Contrà Attici exactissimi elegantia omnis judices, sæpe repudiato & tandem tanquam soni amabilioris, temperioris, que susurri, sunt amplexi. Nam & ξυμφορά, & ξυμβάθεια, & ξυμβάθεια dicunt, pro quibus communis lingua συμφορά, συμβάθεια, & συμβάθεια agnoscit. ¶ X litera apud veteres, quemadmodum etiam hodie apud nos, nota fuit numeri denarij: quemadmodum V, quæ dimidiata pars est literæ X, nota est numeri quinarij. Hinc factum est, ut in vetustis codicibus hæc nota aliquando inveniatur pro denario Romano: hoc est, pro genere numismatis, quod quatuor valebat numis septuaginta. Plin. lib. 12. c. 12.

Quod minore folio est, Mesospherum appellatur: emitur x.lx.laudatissimum microspherum è minimis folium: pretium ejus x.lxxv. Si vel sola, vel post alias ponatur, significat numerum denarium, quemadmodum V. quæ dimidia pars est literæ X, quinarium. Quod si tamen præponatur literæ vel C. vel M. vel L. decem detrahit & tollit. ¶ Insuper X litera ceu vastior, sequente consonante in S à veteribus mutata est: ut ex emendatione Haloandri deprehendere licet.

X A

Xanuströpha, retrosum. L.g.b.

Xanthē, thes, ξανθή. Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, à rufo, sive flavo colore dicta. Hesiod. in Theog. Ηεστονίς τ' Ιανεῖα τ', Αγράνη, ξανθή. ¶ Xanthe item appellata fuit Afra regio, quæ postea dicta fuit Troas: ut auctor est Stephanus in dictione Troas.

Xanthēns, ξανθή, gemma quædam in Mœdia nascens, electri colore, & si quis terat in vino palmeo & croco, ceræ modo lentescens, odore magnæ suavitatis: ut ex sententia Democriti refert Plin. lib. 37. cap. 10. al. 14. quanquam in plerisque Plinij codicibus Zanthenes legatur per Z. in capite, corruptè ut arbitror: præsertim quum à flavo electri colore nomen videatur accepisse.

Xanthi,

Xanthi, ξάνθης, Thraciae populi, apud Stephanum & Strabon.

lib. 13.

Xanthicēs, ξανθικῆς, unus ex iis ducibus, qui reliquias exercitus Cyri minoris, unā cum Xenophonte domum reducendas suscep-tant. Hic postea, quod minas viginti ex publica pecunia suppresa-sisset, damnatus est repetundatum. Auctor Xenophon.

lib. 5.

Xanthicus, ξανθίκος, Aprilis mensis Hebræorum lingua appellatus est. Xanthica, ξανθίκη, celebritas mense Xanthico: ξανθός τε σπλαγχνός, iustitio exercitus.

Xanthiī, ξανθῖοι. Liciæ populi, quorum urbem Xanthum nomine, quum Harpagus Cyri præfetus obserueret, illi uxores, liberisque, ceteraque, quæ charissima habebant, in arcem coegerunt, igneque subiecto cremaverunt: deinde adversus hostes eruptione facta, strenue pugnantes, ad unum omnes interiere. Auctor Herodotus lib. 1. ¶ Xanthij præterea populi fuerunt Scythæ, ex genere Daarum, ultra Mæotim incolentes, qui iidem & Parij dicuntur. Auctor Strab. lib. 11.

Xanthium, ξανθῖον, herba est ex Lapparum genere, quæ alio nomine philanthropos, & vulgo Lappa minor appellatur. Xanthion autem appellata putatur ab effectu, quod eo rufentur capilli. Vide Diosc. lib. 4. c. 122.

Xanthiūs, ξανθῖος, Bœoticus quidam fuit, singulari corporis robe-re, qui exorta inter Athenienses & Bœotios de Celenarum agro controversia, Thymoitem Atheniensium regem ad singulare præ-lium evocavit: cuius vicem excipiens Melanthus quidam Messenius, à Dionysio (ut volunt) adjutus, illum superavit. Ferunt enim Melantho visum fuisse, quod Xanthium quidam à tergo se-queretur, nigra pelle caprina indutus. Quo nomine quum illum accusaret, quod altero comitatus in prælium descendisset, admira-tus Xanthius, quidnam accidisset, quisve esset, qui à tergo se-queretur, quum respicere conatetur, corpus hosti aversum nudumque præbuit, qua occasione usus Melanthus, incantum gladio tra-jecit. Auctor Suidas.

Xanthippē, ξανθίππη, Nomen uxoris Socratis Philosophi, supra modum morosæ, & jurgiosæ: cuius tamen morositatem Socrates mira patientia toleravit: rogatusque ab Alcibiade, cur mulierem tam molestam domo non exigeret, Quoniam (inquit) dum domi talena perpetior, infuesco & exerceor, ut ceterorum quoque foris petulantiam, injuriāmque facilius feram. Hæc Gell. lib. 1. c. 17. Vide plura in dictione Socrates.

Xanthippūs, ξανθίππος, Lacedæmonius quidam fuit, rei militaris peritissimus: qui à Carthaginensibus excitus, exercituique præ-pitus, Attilium Regulum Consulem in Africa bellum gerentem, insidiis circumventum vivum cœpit.

Xanthō, ξανθός, una ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Virg. lib. 3. Georg.

Drymōque, Xanthoque, Ligeaque, Philodocèque.

Hesiodus in Theog. Xanthen appellar.

Xanthōs, ξανθός, gemmæ nomen, quæ in India reperitur, è fulvo can-dicans, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Xanthūs, ξανθός, fluvius Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teste Arist. de Hist. Anim. lib. 3. quod ovium vellera rufa inficiat colore, ξανθός enim Græci dicunt, quod nos rufum, aut flavum. Virg. lib. 1. Æneid.

Ardentesque avertit equos in castra, priusquam.

Pabula gustassent Troia, Xanthūmque bibissent.

Idem lib. 4. Æneid.

Quale ubi hybernā Lyciam Xanthique fluenter.

Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

¶ Xanthus, antiquus rerum Lydum scriptor: Lydusne, an Sardianus fuerit, Strabo se dicit incertum habere. Suid. Lydum eum dicit è Sardibus civitate fuisse, scripsisseque historiam Lydorum libris quatuor. ¶ Xanthus alter Poëta Melicus commemoratur ab Aeliano. ¶ Est item Xanthus Lyciæ fluvius, duobus fontibus è Oadmo monte nascens, & non procul à nominis sui urbe in Lycium maret exonerans. Hoc præterea nomine fuit unus ex equis Hectoris, cuius meminit Homer. lib. 23. Iliad.

Xanthus, qui monetam edunt, Græcis.

X E

Xenagi, præfecti mercede stipendia facientibus.

Xenagogus, peregrini mercenarij militis dux.

Xenarchus, ξενάρχος, Comicus Poëta, cuius fabulas commemorat Athenæus lib. 2. Dipnosophistarum. ¶ Xenarchus alter è Seleucia Cilicia, Peripateticus, docuit Alexandriæ primū, deinde Romæ: Arij Philosophi, deinde Cesari Augusti usus amicitia, usque in senectutem in honore habitus. Deinde paulò ante mortem viu-orbatus diem obiit. Strab. lib. 14.

Xeniae, Balneari Roma fuerunt, ab hospitalitate (ut videtur) ita dicta: nam ξενός. Græcis idem est quod hospitalis. Harum meminit Cic. pro M. Cælio. Sed ut venenum (inquit) quum à Licinio traderetur, manifesto comprehendendi posset, constitui locum jussit ad Balneas Xenias, ut cō mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repente, quum venisset Licinius, & venenum traderet, proslirent, hominemque comprehendenderent.

Xenidum, rugurium. L.g.b.

XENIVM, ij. ξενός mattan ἀνταν mattath. ξενος. GAL. Present qu'on fait à ses amis qui viennent voir, estraine. ITAL. Presentato dato à gli amici per segno di allegrezza. GERM. Ein gastgeschenk / ein gab mit der man ein fröhmbden verehret. HISP. Don, o presente de hueppsdò amigo. ANGL. A gift, present or fairing. Munus hospitibus dati solitum. Vide Mart. lib. 13. In quo ejusmodi munera distichis descriptibit, qualia hospitibus mitti solent, Xenia nominavit, quod versus ipsos pro xenis mitteret: quod & ipse testatur primo statim Epigrammate, Omnis in hoc gracilis xeniorum turba libello
Constatit numis quatuor empta tibi.
Quatuor est nimium? poterit constare duobus, &c.

Xeniolam, diminutivum, Parvum xenium. Apuleius, Commodum me-tides accesserat, & mittit mihi xeniola, porcum opimum, & quinque gallinulas, & vini cadum jam ætate pretiosi.

Xenius, ξενος, Iovis cognomentum apud Græcos, teste Dionysio, quem Latini, verbo ex verbo expresso, hospitalem vocant. Vid. Bud. in Pa. dect. De hoc intelligendum est illud Virg. 1. Æneid.

Iuppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.

Xenochrites, qui alibi tonsuram accepit, alterius monasterij monachus. L.g.b.

Xenocles, is, ξενοκλῆς, Orator clarissimus patriæ Adramyttenus, qui Mithridatici belli tempore accusatus, quod in regem propensior fuisset, causam non modò suam, sed & totius Asiae magna cum laude in Senatu egit. Auctor Strab. lib. 13.

Xenocrates, Nomen Philosophi Chalcedonij, auditoris Platonis, qui in Academia Speusippo successit, & vigintiquinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò ut quum illum Plato Aristoteli compararet, alterum fræno, alterum calcatibus indigere diceret. Hic Philosophorum severissimus fertur extitisse, & adversus omnem voluptratum titillationem protersus invictus. Cujus rei abundè magnum illi præbuit argumentum, quod Phrynea formosissimam ejus æta-tis meretricem, à discipulis in lectulum suum submissam, & sese ad concubitum modis omnibus solicitantem, intactam tamen dimi-serit. Vnde & Phrynen ipsam postridie rogantibus iis qui illam submiserant, dixisse ferunt, cum statua sese, non cum homine cu-buisse. Gravitati verò ejus & fidei tantum tribuerunt Athenienses, ut quum injurati nullius testimonium admitterent, huic soli inju-rato crederent. Missus ad Philippum legatus, quum collegas hu-maniter accipi videret, muneribus ornari, conviviis adhiberi: sese autem qui legationis ejus princeps erat, vix in conspectum admitti, quod Macedonum rebus semper esset adversatus, conversus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixi, quod sese unum Philippus suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidiaz testem vere-tatur. Alexandri quoque munera fortissimo animo contempnit: regibus, inquiens, non Philosophis opus esse pecuniā. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu forte in sartaginem offen-disset. Autores Laertius & Suidas. ¶ Xenocrates alter Philosophus, modestiæ nihil superiori inferior, scripsit οἰκονόμος, id est, dome-sticum auspiciū, quum scilicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

XENODÖCHIUM, { ξενοδοχεῖον, ξενοδοχεῖον. } Locus publicus quo hos-pites, id est, peregrini excipiuntur: quod genus Hierosolymis pri-mùm ab Hyrcano extructum fuisse, autores sunt Iosephus, & He-geippus. Hieronymus, Xenodochium in portu Romano situm totus pariter mundus audivit.

Xenodochus, ξενοδοχός, qui, vel quæ ξενος. διξεται, i. hospites suscipit: hospes, hospita.

Xenon, ξενός, pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cujus meminit Plin. lib. 15. cap. 11.

Xenon, ξενός, locus ξενός. C. lib. 1. tit. 2. lib. 2. 3. Venerabilibus xenonibus Vbi Gothofr. existimat Xenonis voce non modò peregrinorum hos-pitia, sed & ægrotorum significari: immo & quælibet hospitia.

Xenoparochi, ξενοπαροχοι. Idem qui parochi, qui legatis Romam mis-sis, ceterisque alicujus dignitatis hospitibus, salem & ligna præ-bebant: unde & nomen accepunt, παροχή τὸ τοῦ ξενονοῦ τὰ εἰσιτήρια ποιεῖσθαι, quod hospitibus necessaria suppeditare. Arcadius tit. de munib. l. munerum, §. 10. Tabularij, (inquit) vel xenoparochi, ut in quibusdam civitatibus, &c. Vbi Budæus latius declarat.

Xenophanes, ξενοφάνης, Philosophus Colophonius, Dexij. sive (ut Apollodorus mavult) Orthomenis filius, Archelai autor, qui contra Homerum & Hesiodum elegias scripsit & Iambos, irridens ea quæ de diis sunt commenti. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihilque cum hominibus habere commune, totum cernere, totumque audire, unum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Auctor Laertius. Ejusdem meminit & Cicer. 4. Acad. Xenophanes (inquit) paulò etiam antiquior, unum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. ¶ Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Poëta Iambicus, ut refert idem Laertius.

Xenophilus, ξενοφίλος, nomen Musici Chalcidensis, Philosophi Pythagorici: de quo Valerius Maximus, Biennio minor quam Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus fuit, sed felicitate non inferior, siquidem (ut ait Atistoxenus Musicus) omnis incommodi humani expers, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eudem & Plin. inter rara felicitatis exempla commemorat, lib. 7. cap. 50. Pro miratu-lo (inquit) id solitarium reperitur exemplum: Xenophilum Mu-sicum centum & quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.

XENOPHON, ξενοφῶν, nomen Philosophi & ducis insignis Atheniensis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tantâ verò eloquentiâ, ut musa Attica à non-nullis fuerit appellatus. Insinuarus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militavit: eoque in acie cæso, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniarum finibus per aspera, & difficillima itinera incolumes in patriam reduxit. Scripsit Cyri majoris Pædiam, non tam historicæ serviens veritati (ut inquit Cic. lib. 2. de Orat.) quam ut absolutum instrueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem adversus Arraxerixem fratrem: de rebus Græcorum libros sex, Symposium Oeconomicum, à Cicerone, teste Columella. Latinitate donatum. Ad hæc de re equestri, de vocatione Socratis Apologiam: aliaque nonnulla, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. ¶ Tres alij præter hunc, Xenophontes commemorantur à Suida: quorum pri-mus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babyloniaca appellavit. Alter Ephesus, qui & ipse amatoriarum narratio-num libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominavit. Tertius Cy-prius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrrha, & Adonide, quæ & Cypriaca nominavit. Laertius septem commemo-rat Xenophontes: quorum nomina & scripta vide apud ipsum.

HH 5

Xenophoa

Xenophontius, a. um, adjectivum. Cic. Luceio lib. 5. Epist. Gratiam illam de qua suavissime quodam in premio scripsisti, à qua te flecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum à voluptate.

Xenos, ξενός, n., or, peregrinus, qui alicubi ad tempus exiliorum. Xerā, ξηρά, urbs prope Herculis columnas: ut ex Theopompi sententia refert Steph.

Xerampelinus color, ξηραμπέλινος χρώμα. Medius est (inquit Probus) inter coccinum & mariceum, quo matronæ peculiariter uti solent. Dicitus Xerampelinus à siccis vitium foliis, quæ ejus ferè sunt coloris. ξηρός enim aridum est, vel siccum, & ἄρπαλος vitis. Vulgo Color siccæ rosa dicitur. Hinc Xerampelinæ vestes dicuntur, quæ hoc colore tinctæ sunt. Juvenal. Satyr. 6.

Et Xerampelinæ vestes donaverat ipsi.

Has nonnulli atrabaticas vocant, alij atrabapticas, ut quibusdam placet. Vide Thilesium in tractatu de coloribus, & Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 10.

Xerā, ξηρα, emplastra siccæ: sicut Hygremplastra vocantur liquida emplastra.

Xerālcephīa, ξηραλκεφία, unctio siccæ, hoc est, quæ fit citra lavationem. Contrà, quæ post lavacrum adhibetur, Hygralcephia. οὐχιλοιφία appellatur.

Xerocollyrium, ξηροκολλύριον, Collyrium ex aridis, præsertim metallicis.

Xerolibyā, ξηρολιβύα, Libya siccæ, hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virg. lib. 4. Aeneid. vocat regionem siti desertam.

Xeroliphūs, ξηρολιφός, Tumulus fuit Constantinopoli, cochleas sedecim, & Diana columnam structilem, & tripodes habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Qua voce utitur Iustinianus, C. de publicis judic. etiam Alciatus vocem adulterinam, esse putaverit. Meminit hujus tumuli Suidas, & Priscianus, qui lib. 1. de accidentibus litera, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantij in Xerolipho in vetustissimo tumulo inscripta.

Xerōmyrum, ξηρόμυρον, unguentum est siccum: ut Hygromyron οὐχιλοιφός, liquidum, feminarum, auribus experitum.

Xerophagia, ξηροφαγία, siccorum ciborum manducatio.

Xerōphthalmīa, ξηροφθαλμία. Arida lippitudo, quum nec tument, nec fluunt oculi, sed rubent tantum, & pruritus infestantur, & noctu præ gravi pituita inarescant. Vide Cels. lib. 6. c. 6.

Xetus, a. um, ξητός, siccum: tanquam secari & radi potens, à ξετο, seco, rado, polio.

Xerxēnā, ξερξένη, Minoris Armeniæ regio, ita dicta à Xerxe, quem admodum à Cambysē Cambyses. Autores Stephanus & Strabo lib. 11.

Xerxes, ξερξης, Persarum rex fuit filius Darij, & Cyri ex Atossa filia nepos, qui centum septuaginta hominum myriadibus, hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græcæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspergit, teneriter fertur lacrymasse, quod post centum annos ex tanto hominum numero nemo esset superfuturus. Tantum autem habuit navium apparatus, ut totum Hellespontum operaret, & Asiam Europæ ponte conjungeret. Suet. in Calig. c. 16. Talem à Caio pontem exigitum æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquantò angustiorem Hellespontum contabaverit. Athon præterea montem, teste Plin. lib. 4. c. 10. à continente abscidit. Vixit demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus navale quoque certamen cum Themistocle tentavit: à quo similiter apud Salaminem superatus, quum anteā tota maria classe sterret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse re in Bœotia infeliciter gesta, cum paucissimis in Persidem se recepit. Demum quum se otio, locordiæque, relicta militia, tradidisset, præmium genus luxuriæ novum invenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus, pauci post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hæc latiñ apud Iustinum Trogi abbreviatorem. Xerxes togatus dicitus Lucullus, auctore Plutarch. in Lucul. ¶ Xerxes alter, pictor Heracleota Venerem adeò pulchram pinxit, ut ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lerido cavillo Venerem amicam Xerxis vocabant, quod ex ejus lenocinio quæstum faceret. Autor Aelianus de varia historia.

X I

Xillā, ξιλία, Libyæ urbs, ut ex Alexandro annotavit Stephanus: cuius incolæ dicuntur Xiliatæ.

Ximēnē ξιμένη Ponti regio, salis fossilis habens fodinas; unde & Haly fluvius, qui ex ea oritur, nomen accepisse existimatur. Autor Strabo lib. 12.

Xiphia, ξιφία, piscis genus rostrum habens mucrone armatum: unde & Latini, Græcos imitati, gladium appellant. { ANGL. A fish called a sword fish, having a beak like a sword. } Plin. lib. 13 c. 2. Xiphiam, id est, gladium, rostro mucronato esse, ab hoc naves perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocatur, non procul à Lixa flumine. Trebius Niger auctor est. ¶ Xiphix item stellæ sunt ex genere Cometarum, in mucronem fastigiatæ, pallidæ, ac quodam gladij nitore sine ulla radiis. Auctor Plin. lib. 2. cap. 25.

Xiphion, ξιφίον, herba est folio mucronato, iridis folio non dissimili, quam Romani gladiolum, vulgus Herbariorum Spatulam fætidam appellant. Descriptionem ejus vide apud Plin. lib. 2. c. 11.

Xiphomachæra, ξιφομάχαιρα, romphæa, ensis.

Xiphonīa, ξιφωνία, Siciliæ oppidum, non procul à Taurominio in promontorio situm: ut ex Theopompi sententia docet. Steph. & Strabo lib. 6.

Xiphopeus, qui facit gladios.

Xiphydrium, ξιφωδεῖον. Conchylij species, gladiolus.

Xirophagia, cœna observata sex dierum hebdomadæ cùm solo pane ve-

scerentur jejunautes cum sale & oleribus, & aquam potantes. Tertul.

X O

Xōēs, ξένος Stephano, Insula est in mediterraneis Ægypti, supra Sebeniticum & Pharniticum ostium, oppidum habens ejusdem nominis, Auctores Stephan. & Strab. lib. 17. ¶ Hinc Xoites nomos, hoc est, ex Xoitica præfectura, apud Plin. lib. 5. cap. 9.

Xorides, venatores bestiarum. L. g. b.

X V

Xuchēs, ξυχῆς, Libyæ oppidum, ut ex Artemidori Epitome anno- tavit Steph. cuius incolæ appellantur Xuchitæ.

Xuraphopullum, novacula. Gl. g. b.

Xuthiā, ξυθία, Siciliæ oppidum, ut ex Philisti sententia tradit Stephan. Gentile Xuthiates.

Xuthūs, ξυθός, Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Tetrapolim Atticæ, hoc est, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Troiocotum colonos deduxit. Auctor Strabo, lib. 8.

X R

Xeños, usus.

Xeñodóχος, præfetus frumento suscipiendo & excutiendo in Ale- xandria, qualem & apud Opuntios fuisse Plutarch. refert.

Xerousperū, Balluca, ut Tribon. exposuit, quæ nuper effossa est ē terra.

X Y

Xylaloë, lignum aloës. L. g. b.

Xylēnēpōlis, ξυλενηπόλις, urbs in confinio Cariæ, & Indiæ, ab Alexan- dro condita: ut post Onciscritum refert Plin. lib. 6. c. 23.

Xyletinos, ligneus. L. g. b.

Xylina, ξυλίνη, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Cissæ fluvio- rum ostia situm. Auctor Ptol. lib. 5. cap. 6.

Xylinades, lignatores, lignarij mercatores. L. g. b.

Xylinum, ξυλίνον. ANGL. Fusian. { Lini genus candidissimi, & mollif- simi, nascens in frutice, cui nomen est xylon, pomis quibusdam inclusum, barbaræ nuci non dissimilibus, que maturitate hiscentia globum ostendunt lini, quod à nomine fruticis xylinum appellamus. Plin. lib. 19. c. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem alij gossipium vocant, plures xyloa, & ideo linea inde facta, xylina. Parvulus est, similèque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec sunt ulla eis candore, mollitiâque præferenda. Haecenus ille. Hodie hoc lini genus etiam in Italiaz locis quibusdam gignitur, vulgique vocabulo Cotenum appellatur.

Xylōçalsāmum, ξυλοσάλσαμον, Balsami arbusculæ lignum, cuius sucus Opobalsamum appellatur. Plin. lib. 12. c. 25. Et balsami quoque sarmena in merce sunt. Amputatio ipsa, surculusque venit intra quintum demum annum. Xylobalsamum vocatur, & coquitur in unguentis.

Xylōcinnāmum, ξυλοκίνημα, Cinnami lignum. Plin. lib. 12. cap. 19. Ipsum verò lignum in fastidio est propter origani acrimoniam: xylocinnamon vocant.

Xylococcum, interius siliquæ granum. L. g. b.

XYLON, ξύλον, præter vulgaram illam significationem, quâ Græcis li- gnum significat, peculiariter etiam accipitur pro quadam fruticis genere, quod & gossipion vocant, olim in sola Ægypti superiori parte, hodie etiam in Italiaz nascentis, pomum ferentis similitudi- ne barbatæ nucis, quod maturescens copia lanuginis, quam inclu- sam habet, disrumpitur, linique globum inclusum, multò majorem quam pro pomi magnitudine detegit: idque lini genus xylinum, seu gossipium appellatur. Vide Plin. lib. 19. c. 1.

Xylinus, a. um. ξύλινος, iyy. iyyos, ligneus, a. um.

Xylaloë, ξυλαλόν, arbor Indius, lignum aloës, agallochum.

Xylobalsamum, ξυλοβάλσαμον, lignum balsami, frutex, sarmen- tum balsami, quod resectum vendit, ut decoctum sit vice opobalsami.

Xylocassia, cassia. quam Officinæ ligneam vocant. Lignum cassia.

Xylocinnamomum, lignum cinnami: cortice ignobilius.

Xylocopus, qui ξύλος κόπτει.

Xylomachæra, ξυλομάχουρα, gladius magnus, & hasta. Vide Xiphomachæra.

Xylomasticon, lignum masticis. Papias.

Xylōphágüs, ξυλοφάγος, Vermis albus, obesus: capite si ad reliqui cor- poris magnitudinem comparetur, gravissimo, sub arborum corticibus potissimum nascens. Plin. lib. 17. c. 24. cossos vocat: eosque à quibusdam in summis ciborum delicis habitos tradit: quinetiam farinæ saginari, alitésque fieri. Idem tradit & Hieronymus contra Iovi- nianum, de Ponti Phrygiæ populis loquens. Et quomodo (inquit) apud nos ficedula, & attagen, nullus, & scarus in delicis compu- tantur, ita apud illos ξυλοφάγος, comedisse luxuria est.

Xyloscamnum, ligneum scamnum. L. g. b.

Xylosteum, ξυλόστεον, frutex periclymeno cognatus.

Xylotheca, locus ubi ligna reponuntur.

Xynia, ξυνία. Thessalizæ oppidum, apud Polybium lib. 9. à quo vicina pa-

lus Xynias appellatur, quam alio nomine Bebædem vocant. Steph.

Xyris, ξυρίς: herba est folia habens iridis: sed latiora, & in turbinem mucronata, quorum è medio caulis erumpit crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares dependent, in quibus purpureus flos, in me- dio puniceus, semen in folliculis simile fabis, rotundum, rubrum, acer: radix longa, geniculata, rufa. Vide Diosc. lib. 4. c. 24. & Plin. lib. 21. c. 20. Officinæ Iridens sylvestrem appellant. ¶ Hæc herba dicitur provenire circa Leopolim primariam Russiæ urbem, esséque nedo- sam, instar aori veri. Vnde Iudæi & alij nebulones ipsam cum aori radicibus commiscent atque vendunt.

Xyrottheca, ξυροθήκη, capsula novacularia.

Xystachis, ξυστάχης, qui ξύστης ἔχει. Xysto præst, qui moderatur athletarū exercitias; per metaphorā is, qui pietatis & fidei exercitiis præsideret.

Xysticī, Vide Xystus.

Xystiōs, ξυστός. Gemma quædam plebeia, apus Indos nascens, quam

Plin. inter Iaspidum genera annumerat lib. 37. c. 9.

Xystophorus, ξυστόφορος, spiculator: qui ξύστος φίρει.

Xystra, strigilis, cuius usus in balneis. Vid. sup. in verb. Strigilis.

Xystrophylax, qui Xystram custodit.

Xystropæus

Xystropodus, qui Xystras minit, i. e. facit.

Zystrodes strigilarius.

XYSTVS, i, masc. gen. Porticus ambulacrum. ξυστόν ulam. ξυστός. GAL. Pourmeno galerie. ITAL. Portico, luogo da passeggiare, loggia. GERM. Ein pfeiler / bedecker gang oder schopff. HISP. Portal para passearse. ANGL. A gallery, an alley or walking place. Apud Graecos porticum amplum significat, teste Vitruv. lib. 6. hybernae Athletarum exercitationi accommodatam. Latini vero, eodem Vitruvio teste, Xysti appellatione subdialem ambulationem magis intelligunt, arborum fruticūmve ordinibus distinctam. Cic. in Bruto, Quum ambularem in xyto, & esse otiosus domi. Ante crypto porticum xystus est violis odoratus. Plin. lib. 5. Epist. Ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusque buxo. Idem, Non tam statuarum, & tabularum pictarum ornatae sedes suas, quam xystis, & nemoribus excoluit. Dicitur & Xystum, i, ξυστός. Et quum ξυστός. & ξυστός idem apud Graecos significant, apud Latinos tamen nonnihil habere discriminis docuit Gulielmus Philander in Annotationibus in Vitruvium. Nam Xystos, inquit, Latini vocant porticus testas, ubi athletae per hyemem exercebantur: Xysta autem subdiales ambulationes, ubi sudo cœlo suas exercebant palæstras.

Xysticus, a, um, ξυστός, ad xystum pertinens.

Xystici, ξυστοί, dicti sunt athletæ, sive quod in xystis se sub testo exercerent: sive quod xystis depugnarent Hyberno tempore, Vitruvius. Sic enim Graeco vocabulo appellabant hastas, quibus illi utebantur: unde & Xystophori dicti sunt spiculatores. Sueton. in Aug. Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas severissimè semper exegit. Suet. in Galba cap. 15. Et si quid scenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus, &c.

Xystilis, nomen meretricula in Pseud. Plaut. sc. 2. a. 2.

NOTÆ ANTIQVORVM.

X Decem, denarius.

X.D. decies dedit X. DIBSS. decem diebus.

X. MILL. decem millaria.

X.P. decem pondera, vel pondo, decem pedes. X.PSS. decem passuum. XPS. Christus.

X.V. decemviri, XV. quindecim. XIX. A. unde. vigesimo ann. XX. virginati XXIIX. duodetriginta.

Y

Y GRÆCORVM vocalis est, quia in illorum dictionibus scribendis, tantum utimur. Hujus loco, Antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem substituebant. Cicet. lib. de Oratore, sic, inquit, Purum semper Ennius, nunquam Pyrrhum scripsit. Vi patre fecerunt Fruges: non Phryges: ipsius Antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant; nunc autem etiam duas; & quum

Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset; absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solùm Græce loqui: tamen & Phryges, & Pyrrhum aurum causa dicimus. Hæc ille. Hujus literæ inventionem obiter innuit Rhodig. lib. 7. cap. 31. Peculiare autem & proprium est huic elemento, ut in capite dictionum perpetuò aspiretur. Quare quæ ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter aspirata.

Z

Z LITERA Græca est, quâ in Latinis dictionibus non utimur. Est autem gemina consonans, loco cuius nos interdum germinum ss, ut Patrio, pro μαργισσω, Pityso pro μιρβισσω. Interdum sđ substituimus, ut Esdras, pro εσδρα. Antiqui loco ejus unicum aliquando s scribebant: ut Sacynthius, pro ζάνθιος: Sethus pro ζεθος. Nonnunquam etiam d literam loco ejus usurpabant, ut Medentius, pro Mezentius. Sed tantum apud antiquissimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z A

Zaba, lorica Iustin. Novell. 85. η τὰς καλύπτους ζάβας ἡτοι λορίκα. Et Arabicol. Lodix, cuculata, lorica zaba. Sed inquit Meursius, corrige: Lodix, Lorica cucullata zaba. Vox primum omessa à festinante librario, ac postea suprà adscripta adhæsit dictioni superiori: atque hæc est verissima mendi origo.

Zabaria. vel Zabarum, ζαβαρίος, repositorum Zabarum. Armarium quodlibet.

Zaberna, ubi vestes portantur, vel quodlibet aliud. Gl. A.I. lege, ponuntur, ut est in Papia. Idem, Zaborna arca, vel armariolum. Ergo à Zabaria.

Zabida, ζαβίδη, vicus in Arabia mediterraneis, ut ex Vranio annotavit Stephan.

Zabolus, ζαβόλος, pro διάβολος.

Zacanum, ζαγανός, ascriptio dati, quæ sit in literis & monumentis.

Zachalias, ζαχαλίας, Magus Babylonis, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithridatem Ponti regem. Autor Plin. lib. 37. c. 10.

Zachanthæ, ζαχανθῖος, Zacynthiorum coloni, teste Polybio, Pyrenæi montis incolæ. Horum oppidum Zacantham expugnavit Annibal, quum in Italiam properaret, ut ex Apollodoti Chronicis annotavit Stephan.

Zacharum vide Sacharum.

Zacynthus, ζάκυνθος, Insula Ionij maris parva, occidentali Peloponnesi lateri adjacens, urbemque habens ejusdem nominis à Zacintho Dardani filio, qui in ea imperavit, dicta. Plin. lib. 4. c. 12. Inter Cephaleniam & Achiam, cum oppido magnifica, tūm fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyrie. De hac Virg. lib. 1. Aeneid.

Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacyntos.

Zaerius, ζάεριος, Tauri montis pars, Mœdiām dirimens à Babylonia. Auctor Strabo lib. 11. cap. 15.

Zacynthus, Zante, maris Ionij Insula, & urbs ejusdem nominis in eâ, parere Veneris, habētque Episcopum Corcyrensi A. suffraganeum.

Zadura, vide Zedoaria.

Zagabria, seu Sagabria, Zagabria, V.E. Slavoniæ, sub A. Colonensi. Sedes hoc translata est ex urbe Siscia.

Zaleucus, ζαλεύκος, nomen fuit legislatoris Locrensis, qui quum in adulteros hanc pœnam statuisset, ut in adulterio deprehensi utroque orbarentur oculo: oblato filio, multisque testibus adulterij convicto, quum neque paternum animum posset exuere, neque solus pœna, quam in alios statuerat, immensis esse veller, sibi primum unum oculum, quamvis plurimum reclamante plebe, & filii crimen parris virtute condonante, deinde & filio alterum jussit erui. Auctor Valerius lib. 6. c. 5. Vnde Zaleuci lex proverbialiter dicitur de rigido & severo mandato.

Zama, ζάμα, Africæ urbs fuit, apud quam Africanus major Annibalem insigni clade affecit. Vide apud Liv. lib. 10. bell. Punic. 2.

Zamia, ζαμία, id est, damnum, detrimentum, noxa, multa: Græca vox est, quam tamen civitate Romana donavit Plaut. in Aulul. sc. 4. a. 1. vers. 9.—dives pauperi Vbi manum injicit benignè, ibi onerat aliam quam Zamiam (hypallage est) pro ibi dives pauperem onerat aliam quâ Zamiâ, id est, damno, quod Græce ζαμία appellatur, & Doricè ζαμία.

Zamolxis, ζαμόλξις, unus Getarum Deus, ad quem proficiisci existimabant eos qui è vita decederent. Nonnunquam etiam forte ex viuis aliquor deligebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterent, quos post mandata quæ illi nunciata cupiebant, in sublimi jactos, gladiis excipiebant: atque ita interfestos recta ad Zamolxin proficiisci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagore seruum fuisse existimant, qui quod Getas ad cultiorem vitam reduxit, ab iis habitus est pro nomine. Vide Herodotum Histor. lib. 4.

Zamora, Zamora. ad Durium fl. V.E. Hispaniz, sub A. Compostellano. Zanæ, adunationes, Gl. vet.

Zanca, calceamenti genus. Gloss. Isid.

Zancle, ζάγκλη, Siciliæ urbs in penitissimo Pelori sinu, postea à Messeniis instauratoribus μαρτίνη, hoc est, Messana appellata. Zancle autem prius à situs obliquitate dicebatur, quod falcis in moduna curvata esset. Vide Strabonem lib. 6. ¶ Ipsa etiam Sicilia Zancle dici invenitur à Saturni falce, quam Poëtae fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quod in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum usum invenisse. Ovid. 15. Met.

— Zancle quoque juncta fuisse

Italia legitur, donec confinia possint

Abstulit, & media tellurem reppulit: unda.

Zancleus, ζαγκλαιος. ut Zanclea arena, Ovid. 13. Met. Chatybdie Zanclea, Idem 4. Fast. & Eleg. 3. lib. 5. Trist.

Zancles, ζαγκλης. Senex quidam Samothracenus, cui post annum vivæ quattuor & centesimum dentes renatos fuisse tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

Zancula, ζάγκλη, falx.

Zanga, vide Tsanga.

Zapavortene, ζαπαρτενε', Asia regio à Caspiis versus ottum sita: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 6. cap. 16.

Zaphran, crocus. vox Arab.

Zappa, ligo, vox Italica; ex GERM Schüpe. Vide Sappa.

Zariaspa, orum, ζαζιασπα, τα, India utbs, quam alio nomine Bastra appellant. Autores Plin. lib. 6. c. 15. & Strabo lib. 17.

Zarpach, vide Hispania.

Zavæ, tutæ, lotica. Gloss. vet.

Zæa, ζαία. GAL. Espéautre. ITAL. Spelta. Hispan. Espelta. GERM. Spelt oder auch dinkel. ANGL. A kind of graine. Genus frumenti, simile farci, quod vulgo Spelta dicitur. Duo ejus genera tradit Dioscorides lib. 2. cap. 80. alterum simplex, & unius tantum grani: alterum quod dicoccon, hoc est, gemini & duplicitis grani appellant, duobus utriculis conjunctum semen habens. Plin. lib. 18. cap. 9. Qui zea utuntur, non habent far. Est & hæc Italæ in Campania maxime seminque,

seménque appellatur. Hoc habet nomen præclata res, ut mox docebimus, propter quam Homerius *Zelus* dixit. Plura de zea vide apud Gal. lib. 1. de aliment. facultate.

Zedoaria, radix nascens apud Sinenses ultra Indias, facie gingiberis, sed odoratior & amariuscula, Aristolochia similis; tum longa, tum rotunda.

Zelā, ζέλα. Oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, in eo loco sita, ubi postea extructa fuit Flaviopolis. Auctor Plin. lib. 4. c. 11. ¶ Zela altera fuit in Cappadociæ non procul à Megalopoli, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur Plin. lib. 6. c. 3. & Strab. lib. 12.

Zelliā, sive *zelea*, ζέλαι, Troadis oppidum, ad radicem Idæ montis, spectans ad Hellestropum. Auctores Plin. lib. 8. c. 32. & Strab. lib. 12.

Zelo, as, avi, atum, & *Zelor*, aris, atus sum, deponens: sèpè in Latinis bibliis veteris interpretis.

Zēlūs, ζελος. GAL. Envie, zele, desir, jalouſie. ¶ Modò invidiam, modò studium, modò amorem, modò emulationem significat: quo sit ut ab aliis alio modo definiatur. Quidam tristitiam esse aiunt ob alterius bona, quæ quis sibi adesse euperet. Alij dixerunt, τὸν τοῦ νεανίδος τὸν πρωτότοκον μηδεὶς εἴσεσθαι.

Zelijura, mulier celans virum. Tertull.

Zelotes, ζελωτής. verbale à ζέλαι; quod more Latino fuerit zelator.

Zelotypia, ζελοπία. kineάh. GAL. Ialouſie. ITAL. Geloſia. GERM. Eifersige liebe/viftrung. HISP. El zelo à invidia. ANGL. Geloſia. ¶ Aegritudo animi ex eo proveniens, quod quis timeat ne adsit alteri quod cum nemine velit habere commune. Cic. 4. Tusc. Obtreſtatio autem est ea quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupiverit. Antonius Ciceroni, inter epistolas ad Attic. lib. 10. Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quæ magis à zelotypia mea quam ab injuria tua nata est.

Zelotypus, ζελοπόν (vel) kanno. ζελόντως. GAL. Ialoux. ITAL. Geſo. GERM. Ein eiferer HISP. Zeloſo. ANGL. That ugelous. ¶ Suspicioſus in amore, quémque id ſolicitudi habet, ne quis eo perfruatur quod ipſe amat, quæli dicas formæ emulatorem. Nam ζέλαι emulationem, & τονος formam significat. Juvenal. Satyr. 5.

— gemmas ad pocula transfert

A digiti, quas in vagina fronte solebat

Ponere zelotypo juvēnuſ p̄alatus Hiarba.

Zenictetus, ζενικτης: insignis piratae nomen, qui occupato Olympo Afia monte, Lyciam, Pamphyliam, & Pisidiām affiduis excursionibus quam infestaret, multaque loca munita in potestatem suam redigisset, tandem Publ. Serviliū, qui postea Iauricus dictus est, arma in se concitatavit: à quo quum montem præter omnem expectationem captum videret, ſeipſum cum tota domo concremavit. Auctor Strab. lib. 14.

Zenith, vertex loci, punctum in cœlo, quod directè imminet vertici capitis humani: cui oppositum punctum, quod per diametrum in alteram cœli patem intelligitur excurretere, Nadir. Ambæ voces sunt Arabice: Sed primæ orthographia est Senich.

Zeno, ζενος. Philosophus ex Cypro Cypri civitate, Stoicorum ſectæ conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipsum aurea coronâ & statuæ æreæ. Hic adolescenti cuidam inepta multa loquenti, Ideo, inquit, duas habemus aures, os autem uerum, ut ſcilect multa audiamus, pauca vero loquamur. Decessit nonagesimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam (ut ſerunt) quum abiret ex ſchola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu vero terram fetiens, illud ait ex Niobe, Venio, quid me vocas? Et continuo ſe strangulans interiit. Cic. in Oratore, Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum eft, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes interefſet. Nam quum compreſſerat digitos, pugnūque fecerat, Dialecticam aiebat ejuſmodi eſſe: quum autem diuixerat, & manum dilataverat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. ¶ Zenone temperantior. In insigniter temperantem. Testatur Laëtius in Zenonis vita, Philoſophum hunc, tum in vietu, tum in voluptatibus venebris uisque adeo patientem ac parcum fuſſe, ut erudiſ duntaxat veſceretur. ac pallio p̄tenui tegeretur. Vnde & Philemon in comedia eum taxat, quod cum pane obſonij loco cariſis ueteretur, aquam vini loco biberet, ac diſcipulos eſuriem doceret. ¶ Zenonium eft & lentem coquere. Athen. lib. 4. Zenon enim docebat, ſapientem omnia recte facere, nec referre quid agat: ſed in minimis patiter ac maximis ſapientem eſſe ſui ſimilem. Ex quo conſequitur, ad lenticulam coquendam opus eſſe ſapientia Zenonis. Vnde quidam irridens eum talia diſcretentem objecit: Igitur & lenticulam recte coquet? Zenon annuir, & collectionem approbabit. Serio licet ut, quum dicemus eſſe boni viri etiam in rebus minutissimis ſui ſimilem eſſe: aut egregium artificem, in quaenque materia declarare qualis fit artifex. ¶ Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inventorem ſcribit fuſſe Aristoteles. Hujus celebratissima fuit in perferendis cruciati bus patientia. Nam quum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammati contra Nearcum tyrannum, facto indicio comprehensus, traditusque eſt tortoribus torquendus. Quinque laceraretur ut conſciens conſurationis nominaret, neminem illorum indicavit: ſed amicos, intimosque tyrañi particeps eſſe dixit. Deinde quum quippiam ſe in aurem loqui veſe ſignificasset, eam mordicūs diremptam non ante dimiſit, quā rapta auro populatum caput reliquifet. Verum quum jam veſeretur ne toties reperitis tormentis reſiſtere non poſſet, conuerſus ad cives, qui quæſitioni intererant, Admiror inquit, vestram ignaviam, o cives qui eorum metu quæ ego patior, tyrañi jugum ſuſtinetis, idque quum dixiſſet, conciſam dentibus lingua in os tyrañi expuit. Quo facto tanto civium animos libertatis deſiderio incendit, ut concurſu undique facto, Nearcum lapidaverint. ¶ Fuit & alius Zeno Philoſophus Epicureus Ciceronis synchronos, id eſt, contemporaneus, quem i. ē. Cic. lib. 1. de finib. ſe eum cum Attico frequenter audivisse teſtatur, Epicuri ſententias explicantem.

Zenobia, ζενοβία. Odenati uxor quæ à Ptolemais originem ducentis Gracis ac Latinis literis ornatissima, neenon & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnauit. Haec quum Saporem Perſarum regem ſuperauerat, tandem ab Auteliano Augusto vieta, Romam in triumphum ducta fuit, ubi ſummo cum honore conſeuuit.

Zenobius, ζενοβίος, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripsit epitomen Didymi & Tarthai libris tribus: & Salustij hiſtoriam in Græcum sermonem convertit. Auctor Suidas.

Zenodorus, ζενοδόρος, Statuarius insignis fuit ſub Nero, qui Mercurium Golosum fecit apud Arvernos cccc. pedum altitudine: deinde & Nerois coloſſum, qui poſteā dedicatus fuit numini Solis. Auctor Plin. lib. 34. cap. 8.

Zenodotus, ζενοδότος, Ephesiſ verſificator, & Grammaticus qui temporibus Ptolemaei primi floruit: à quo etiam Alexandrinæ bibliotheca fuit praefectus, primus quoque Homeri libtos correxit, ac in ordinem rededit. Suidas. ¶ Fuit & alter Zenodorus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platoniſ, Homeri, & Hesiodi opera commentarios conſcripsit. Vide Suidam.

Zenodotum, ζενοδόνος, urbs Osroene proprie Nicephorium, ut ex ſecundo Parthicorum Arriani annotavit Stephan.

Zeopyron, ζεοπύρον, frumentum compositæ naturæ, ex ζει & πυρῷ, i. spelta & tritico: glumis non involvit, ut spelta, ſed facile in area exterit.

Zephyrē, ζεφύρη, iſula eſt maris mediterranei juxta Cretam. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2. ¶ Zephyre item, ſive Zephyra, olim dicta fuit Cariæ urbs, Mansoli ſepulchro nobilitata, quæ deinde dicta Halicarnassus. Auctor Strab. lib. 14.

Zephyritis, Venus, Catallus de Coma Beren.

Ipſa ſuum Zephyritis eō famulum legarat.

Zephyrium, ζεφύριον, promontorium eſt Locrorum à quo Locri dicti ſunt Epizephyrii, quod ſupra Zephyrium ſit: eſſent. Strab. lib. 6. Locri agiti promontorium offertur, quod zephyrium appellatur, portum habens ab occaſu venientibus ventis commodum, qua eſta & nomen aſſequitur.

Zephyrus, ζεφύρος. Ventus flans ab occaſu æquinoctiali, adverſus ſolanum, quem Latini Favonium appellant. ¶ GAL. Ouest, Zephire. ITAL. Ponente. GERM. Der Westwind. HISP. Oeste. ANGL. The west wind. ¶ Dictus zephyrus quasi ζεφύρος, vitam ferens, quia ferit omnibus ſatis vitam. Eo enim flante germinant, exoriuntur, pululant, vitamque recipiunt plantæ omnes, vide Gell. cap. 22. lib. 2. Ovid. Eleg. 11. lib. 3. Trift.

Frigora jam zephyri minuant, &c.

Zephyrius, adject. ut, Zephyria ova, ψελώπια ἡ, hoc eft ſterilia, quod vento putentur generari. Plin. lib. 10. c. 60. Quidam & vento putant ea generari, qua de cauſa etiam zephyria appellantur.

Zerbis, ζερψος Mefopotamiæ fluvius in Tigrem cadens, ut ſcribit Plin. lib. 6. c. 26.

Zerberhra, Arcadiſ vocant vadi foramina quædam, per qua Erasinus ſtuſius e lacu Scymphalo erumpit in Argivam terram. Auctor Strab. lib. 8.

Zeros, gemma ſimilis itidi, albâ ac nigrâ maculâ diſtinguente crystallum. Plin. lib. 37. cap. 9.

Zerynthum, ζερινθον: antrum eft in Thracia, non procul à zona urbe & Hebro fluvio, Hecates numini ſacrum, ut eft auctor Lycophron: unde & canens in eo immolabuntur. Suidas Veneri ſacrum fuſſe existimat, cāmque inde zerinthiam dictam. Vide Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 212.

Zeta, & zetecula diimi. apud Plin. in Epift. Eſt locus capax unius leſti cum ſellis duabus, qui velis obductis & reducatis, modò adjicitur cubiculo, modò aufertur. Nomen inde deductum. quoniam tribus è partibus fenestræ, & prospectus habeat, atque ſolem multipliciter accipiat, quaſi δέν τε ζέ, quod eft fervere. Nam & Heliocamnius in ipſa zeta ponitur, hoc eft, vaporatum quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad Solis, veluti id quod Vulgo Luminare dicitur, & in Paduana Gallia Luciferiam. Gell. δέν τε ζέ, quod in ea commodiſſime vivatur. (ut quam delicias & amores ſuos vocet Cæcilius) ſicut à conuerſatione, vietique diæta. De Heliocamino Vlpianus in l. ſi arborem, 17. in prine. ff. de ſervit. præd. urban. Si arbor (inequit heliocamino, vel ſolario ſolem adimat, dicendum erit quia umbram facit in loco cui Sol fuit neceſſarius contra ſervitatem impositam fieri. De zeta Lampridius, Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas ſine carbonibus jubebat incendi. De zetecula Plin. Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.

Zetarius. Paulus recept. ſent. lib. 3. ſt. 6. Vestiarij & zetarij & aquarij. Vbi Cujacius: Qui hic Zetarij, illuc (D. de instruſ. vel inſtrum. leg.) diætarij appellantur, ex quo appetat, zetam & diætam idem valere, ſicut zabolum (qua voce utuntur ſæpe Cyprianus, Hilarius, Ambroſius Paulinus) & diabolum, item Zacyntum, & Diacyntum, Zaconum & diaconum.

Zetēs, ζετης, fuit filius Boreæ ex Oribyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam alati fuſſe feruntur, ad pellendas Harpyias miſſi ſunt, teste Servio.

Zethüs, ζεθος, Iovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cur Philosophiae, ſicut Zetus ille Pacuvianus, proprie bellum indixeris, Horat. 1. Epifol. 18.

Gratia ſic fratribus geminorum Amphionis atque Zethi diſſiliuit.

Zeugare, par, copala. L. g. b.

Zeugitana regio: ζευγιτανη. Eadem quæ & Africa propriè dicta. Auctor Plin. lib. 5. cap. 4.

Zeugitæ, ζευγιτανη Calami aucupatorij, in Orchomenio lacu post anuum inundationem naſcentes. Auctor Plin. lib. 6. c. 36. ¶ Zeugitæ etiam dicebantur tertij census homines in Republica Solonis, ab equis jugalibus dicti, qui merra colebant ducenta, & quoties neceſſitas urgebat, minas de cem tribu nomine conferebant. Vide Cæl. Rhodig. lib. 25. c. 18.

Zeugia,

Zeu^{gla}, ζύγη, lignum propendens à jugo. ζύγον jugum. ζύγιον jugum.

Zeu^{mā}, tis, neutri generis, ζύγη, Latinè connexio, sive adjunctio dici potest. Est autem figura dictioñis, quum plures sensus uno connectuntur verbo: quod tribus modis fit: aut præposito verbo, ad quod reliqua respiciantur: ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: aut verbo postposito: ut, Neque is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocatit. Aut in medio sensuum posito verbo: ut,

Trojanæ interpres diuīm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas Clarij lauros, qui sidera sentiū,
Et volucrum linguas, & præpetu omnia penna, Aeneid. 3.

Zeu^{mā}, urbs insignis ad Euphratem fluvium. LXXXII. M. passuum à Samosatis Comagenæ civitate distans. Auctor Plin. lib. 5. c. 24.

Zeus, i, pisces præstantissimi genus in Oceano Atlantico, & circa Gades, inter omnes qui eo in mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens, Gaditani alio nomine fabrum appellant, à colore, opinor, fuligineo, quo fabri pletunque nigricant. Plin. lib. 9. c. 18. Est hæc natura, ut alij alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Ægypto, Zeus, idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebusum salpa. Col. lib. 8. cap. 16. Ut Atlantica faber, qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur: eumque prisca consuetudine zeum appellauit.

Zeu^{xls}, ζεῦς. Clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui certamen picturæ cum Parthasio descendit, uvāque tanto successu pictas in scenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parthasius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræsentata, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: intellectoque errore, concederet palmam ingenuo pudore: quoniam ipse aves fecellisset: Parthasius autem se artificem. Fertur hic pinxi puerum uvas ferentem, ad quas quum advolassent aves, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit, Uvas melius pinxi quam puerum. Nam si hunc consummassem, aves timere debuerant. Pinxit & Helenæ simulacrum, quod deinde Romanam translatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plin. lib. 53. c. 10.

Zeu^{xō}, ζεῦς, Nympha marina Oceani & Tethyos filia. Hesiod. in Theog.

Zibethum, ζιβέθη, Klutis πτ., Idylia πτ., Pantomoi πτ.

Z I

Zibethum, odoramentum, musco assimile odore, Ziela, ζιλα. Cappadociæ oppidum, teste Steph. à Ziela Nicomedis filio conditum.

Zigere ζιγη, oppidum Scytharum Arolerum in ea parte Thraciæ, quæ Istri ostis incumbit. Auctor Plin. lib. 4. cap. 11.

Zigeuni, orti à zogaris, qui circa Caucasum.

Zignys, ydis, ζιγνός, Lacerta minor, quam & chalcida vocat Arist. de natura animalium.

Zilis, ζιλις, oppidum Mauritanæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemplum, & è Bætica jura petere jussum. Auctor Plin. lib. 1. c. 1.

Zimiris, ζιμίρης, Regio Æthiopæ arenosa, in qua magnetes optimi inveniuntur. Plin. lib. 36. c. 16.

Zingi, ζιγζι, Moeritidinis paludis accolæ supra Cimmerium Bosporum Plin. lib. 6. cap. 7.

Zingibēt, etis, mascul. gen. ζιγζιβης. Diosc. GAL. Gingembre. ITAL. Gengivero. GERM. Imber. HISP. Gingibre. ANGL. Ginger. Genus est aromatis, parvas habens radices, albescentes, odoratas, sapore piperis. Nascitur in Troglodytica & Arabica. Vide apud Diostor. lib. 2. cap. 149.

Zippötium, ζιππόνος, Bithyniæ oppidum, à Zippeto rege ita appellatum. ¶ Gentile Zypætius, ζιππόνος. Steph.

Zipora, vinacea. L. g. b.

Zirinia, ζιρινία, Thraciæ oppidum, ut ex lib. 3. Philipp. Theopompi annotavit Steph. ¶ Gentile Zirinates, ζιρινάτες.

Zizama, ζιζάμη, oppidum Garamantum, unum ex iis quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem sunt redacta. Auctor Plin. lib. 5. c. 5.

Zizahia, ζιζαχία, & Zizanium, i. η πυρκέτσαχ ψηνι vel ψηνροσχ. ζιζαχία. GAL. Yuraye. ITAL. L'oglio. GERM. Lüch/contraut so vnder weyt gen roachset. HISP. Vallico. ANGL. Cockle among corne. Vitium tritici, hordeique nimia loci uligine corrupti, jugiblūve pluviis diluti, quod Latino vocabulo Lolium appellatur. Galli, quod caput tentet, vertigines generet, & vini modo inebriet, yuraye appellant. Effigiem habet hordeo haud dissimilem, sed folium angustius, pinguis, & hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpleum. Diosc. lib. 2. c. 27. ζεῖον appellat. ¶ In Extravaganti saper cathedralem, §. ab olim. de sepultur. inter Communes. μαλφορεῖς primam Adæ declinationem significat, ut ibidem dicit glossator, qui eam pro scandalio accipi scribit, Prat. ¶ In sacris litteris quidam zizania interpretantur scetas & hæreses: atque inde colligunt, non esse potestatis civilis, hæreticos suppliciis afficere.

Ziziphüs, ζιζιφός, genus arboris, novissimum Augusti temporibus ex Africa in Italiæ translatum: fructum fert, quem neutro genere ziziphum appellamus, baccis similiorem quam malis. Officinæ Injubas vocant. Plin. lib. 35. c. 14. Aequæ peregrina sunt ziziphæ & tuberes, quæ ipsa non pridem venere in Italiæ: hæc ex Africa, illa ex Syria.

Z M

Zmilaces. ζιμιλάκης, gemma est in Euphrate nascens, Proconneso mari mori similis, medio colore glauco. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

Zmilius, ζιμίλης, Nobilis Architecti nomen, qui unum cum Rhodo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit centum quadraginta columnis insignem. Auctor Plin. lib. 35. c. 13.

Z O

Zoara, ζωρά, urbs Persidis, enjus incolæ dicuntur zoaratæ, ζωράται. ¶ Est item Zoara, Palæstina locus, quod Loth tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. ¶ A quo sit gentile Zoarenus, ζωράνος.

Zobidæ, ζωβίδης, populi Carmaniacæ finitimi: ut annotavit Steph. ex Quadrati rerum Parthicarum lib. 2.

Zobola, mustela Scythica, mus Sarmaticus Alcino.

Zodiæcūs, ζωδιακός. GAL. Zodiæque. ITAL. & HISP. Zodiaco. GERM. Der Thier kreis. ANGL. The zodiac circle. Círculus est in sphæra, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim continens signa: ex una parte Tropicum Cancri, ex altera Capricorni comprehendens: ac medium intersecans & quatuor: à quo vicissim & ipse secatur circa principia Arietis & Libræ. Potrò quum cæteri omnes circuli sine latitudine & profunditate esse intelligentur, veluti quædam linea, huic tamen latitudo graduum sedecim tribuitur: quam quidem latitudinem medianam dividit linea Ecliptica utrinque gradu octo latitudinis relinquens. Dicitur autem Zodiacus δῶμα τοῦ ζώου hoc est, à figura animalium, quæ in eo imaginantur, ut sunt Aries, Taurus, &c.

Zoe, vita. Tertull.

Zöölæ, per tres syllabas, ζωνλα, Asturiæ populi in Hispania citeriore, Persicis, & Cyris finitimi. Auctor Plin. lib. 4. c. 3. Apud hos præstantissimum lini genus nascebatur, & splendidissimum, idque natra torrentis, in quo poliebatur: ut testatur idem Plin. lib. 19. c. 1.

Zöllüs, ζωλος, Sophista fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus hoc uno facinore nobilitatus, quod Homerum Poëtarum omnium principem libris adversus eum scriptis ausus fit reprehendere: unde & ομηρικόν cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verum quum nihil datur, penuria coactus, submisit qui peterent. Ptolemæus mirari se ait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia passeret, Zoolum egere Homero multò doctiorena. De mortis ejus generè diversi diversa sentiunt. Alij patridij convictum jussu regis cruci suffixum volunt: alij quum in Græciam rediisset, de Scironis axis fuisse præcipitatum. ¶ Ab hujus autem moribus sumptum est, ut homines lividi, & ex alieni ingenij obrectatione laudem aucupantes Zoili dicerentur. Ovid. lib. 1. de remed. amor.

Ingenium magnis vor deere clat Homeris,

Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Vide Adagia Erasmi.

ZÖNÄ. ζωνή εζόν ΤΑΝ chaghorr צָהָרְגָּה צָהָרְגָּה מֵזָחָב. ζωνή. GAL. Ceinture. ITAL. Cinta, cintura, corregia. GERM. Ein gürtel/gurt. HISP. La cinta. HISP. Agirdle. ¶ Cingulum est quo cingimur. Plaut. Curc. sc. 1. a. 2. Nunc jam quasi zonaliene cinctus Ambulo. M. it. lib. 14.

Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter
Si tumeat, siam cum tibi zona brevis.

Ovid. 2. Fast.

Das tere:em Zonam, quâ modò cincta fuit.

Horat. 1. Carm. Ode 30.

Gratia zonis, properantque Nympha, Mercuriisque.

Catull. Epigr. 2.

Quod zonem solvit diu ligatum.

C. Gracchus apud Gell. lib. 15. c. 12. Zonas quas plena argenti extuli, eas ex provincia inane reculi. ¶ Zonam perdidit, proverbia liter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est, tractum à militibus, qui quicquid habent, in zona circumferunt. Horat. 2. Epist. lib. 2.

Ibit èd quid vis, qui Zonam perdidit.

Plaut. in Pænulo,—tu qui zonam non habes, Quid in hanc venisti urbem, aut quidnam quæris? In quibus ejusdem Plauti verbis duplex est allusio, & ad vestem Poenorum more distinctam, & ad pecuniam quæ in zona gestatur, citra quam in urbe sumptuosa non sat commode vivitur. ¶ Zona item dicuntur circuli quidam lati, cælum terramque veluti cingulo quodam ambientes. Sunt autem numero quinque: ex quibus media, quæ inter Tropicos est, nimio calore parum apta creditur habitationi: duæ vero extremæ sub Attico & Antarcticō circulis sitæ, nimio frigore horrent: unde & ipsæ habitationi parum sunt idoneæ. Reliquæ autem duæ, ut quæ medium inter torridam & gelidam situm obtinent, temperatae sunt, & humanæ vitæ accommodatissimæ. Vir. 1. Georg.

Quinque tenent cælum zonas: quarum una coruscō

Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:

Quam circum extrema dextra levaque trahuntur

Cerulea glacie concreta, atque imbris atri:

Hæc inter, mediæque, duæ mortalibus agris

Munere concessæ & divitiae, & via secula per ambas

Obliquus qua se signorum vertere ordo.

Ovid. 1. Metam.

Vtque duæ dextra cælum, totidemque sinistra

Parte secant Zona, quinta est ardenter illa:

Sic onus inclusum numero distinxit eodem

Cura dei, totidemque plaga tellure premuntur:

Quarum qua media est, non est habitabilius astu:

Nix tegit alta duæ: totidem inier utramque locavit,

Temperiæque dedit mista cum frigore flamma.

Zonarum periphrasis apud Tibull. lib. 4.

Ei quinque in partes torus describitur orbis.

¶ Zona etiam dicitur à Scribonio Largo herpetis genus quod corpus ambit ac cingit, quod & Græcæ ζωνή dicitur. Vide cap. 62. & Nicom. My. plumb in 122. compos. propomatum, ubi ab eo ignis facit ζωνη appellatur. ¶ Est item Zona Stephano, Ciconum urbs in Thracia, non procul ab Hebro fluvio, & Zeryntho antro, in quo Hecate canes immolabantur, de quo plura supra in dictione Zeryntho.

Zonariūs, substantivum, cui zonas fecit. ζωνωνθε. GAL. Cinturier. ITAL. Cinturaro. GERM. Ein gürtler. HISP. El que haze cintas.

ANGL. Agirdler, that makes girgles. ¶ Cic. pro Flacc. Quod Mithridates, qui multititudinem illam non auctoritate, sed sagitatenebat, se velle dixit id sutores & zonarij conclamarunt.

Zonariūs, a. um, quod ad zonam pertinet: ut, Sector zonarius, qui zonam seu loculos incidit, quem crumenisecam appellare possumus ζωνωνθε. GAL. Coupeur de bourses, coupe bourse. ITAL. Taglia borse.

GERM.

GERM. Gürteabschneider/ seckelabschneider. HISP. El ladron, corta bol-
fas. ANGL. Perceiving a girdle. Plaut. in Trin. mira sunt, ni illuc
homo est aut dormitator, aut sectator zonarius.

Zōnāt̄m, adverbium antiquis usitatum, per gyrum. Lucil. lib. 6. zo-
nat̄m circum impluvium cameram is cludebat. Ex Nonio.

Zōnūlā.æ, parva zona. Zōnid̄os. GAL. Petite ceinture. ITAL. Cintura
picciola. GERM. Ein gürtelein. HISP. Pequena cinta. ANGL. A little gir-
dle. Catull. in Epithal.

tibi virgines

Zonula solvunt sinus.

Zōnit̄s. idis, Zōnt̄s, Cadmiæ species est, lineas quasdam latiusculas
zonatum instar discurrentes habens: unde & nomen accepit. Ea-
dem Placodes, θάκωδες dicitur, quasi crustaceam dicas. Auctor
Dioscor. lib. 5. cap. 40.

Zōonychōn, ζώονχον. Herba eadem cum leontopodio: apud Dioscor.
lib. 4. cap. 132.

Zōophrāl̄mōs, ζωόφραλμός, herba in testis & suggundiis nascens,
quæ notio nomine Sempervivum majus appellatur. Folium habet carnosum & subrotundum, oculi anima-
lis similitudinem referens: unde & nomen accepit. Vide Plinium
lib. 25. cap. 13. & Dioscor. lib. 4. cap. 91.

Zōophytā, ζωόφυτα, dicuntur, teste Budæo, quæ mediam naturam in-
ter plantas & animalia habent: ut sunt ostrea, spongiaz, quæ neque
stirpes, neque animalia dicere possis, sed medium quiddam inter
utrumque. Nam sensu prædicta esse manifestum est: quum tamen
motu careant progressivo. Nos (inquit Budæus) forte Plantanimalia
dicere possemus: vel Plantanimalia.

Zophodorpides, qui cum Zōphā dōgno, habet.

Zophorus, pars supra epitylium.

Zōpisā, ζωόπισα, pix navibus abrasa, teste Plin. lib. 16. c. 12. Quæ ad-
mitta cera, & marino sale macerata, multò ad omnia est efficacior,
quam aliæ pices. Sed propriè resina ex pinu. Diosc. lib. 1. c. 99. zo-
pisam aliqui aiunt derasam navibus resinam cum cera, quam alij
apochyma, appellant. Et dissipandi naturam habet, quoniam ma-
rino sale macerata sit. Alij ex picea resinam hoc nomine voca-
runt.

Zōpytōn, ζωόπυτον, herba est similis serpillo, nascens in petrosis, orbicu-
lato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens, unde & Cli-
nopodium à quibusdam appellatur. Vide Plinium lib. 14. c. 15.

Zōpyrūs, ζωόπυρος, Physiognomon quidam fuit, hoc est, ex eorum
genere, qui se hominum mores naturalsque ex faciei lineamentis
perspicere profitentur. Huic quam aliquando oblatus esset Socrates,
isque cum hominem stupidum bardumque esse respondisset, cæ-
teris eam vocem risu excipientibus, Non falleris (inquit Socrates)
ô Zopyre: talis enim eram, nisi vitiosam naturam Philosophiæ præ-
ceptis superasse. ¶ Zopyrus præterea alius fuit, filius Megabyzi,
unus ex iis qui occiso Pseudo merdi Persarum regnum è Magorum
manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylonem vigesimum jam
mensem obsideret, nasum sibi, aures, & labia amputavit, & ita ad
Babylonios transfugit, multa de Darij injuria conquerens, quem
sibi immerenti ita faciem mutilasse simulabat. Recepitus itaque à
Babylonis, levibusque aliquot præliis re satis feliciter gesta, uni-
versæ urbi dux constitutus, urbem Dario tradidit. Quam tamen vi-
ctoriam sibi nimis magno constare sappè conquestus est, unum sese
Zopyrum integrum malle asserens, quam viginti cupere Babylones.
Auctor Herodot. lib. 3. ¶ Fuit & alius Zopyrus, qui ut auctor est
Plin. lib. 34. c. 12. sculpsit Areopagitas, & judicium Orestis in duo-
bus scyphis pondo duodecim aestimatis.

Zōrōāndā, ζωρόανδα, locus est circa Taurum montem, ubi Tigris
cuniculis absorptus, rursus erumpit. Vide Plin. lib. 6. c. 27.

Zōrōāstrēs, ζωρόασ्तρες. Bactrianorum rex, Astrologiæ & magiæ peri-
stissimus, qui eadem, qua Ninus Assyriorum rex, ætate floruit, à
quo post multa prælia vario eventu commissa, tandem debellatus es-
se traditur & occisus. Hic omnium mortalium unus, teste Plin. lib.
7. c. 16. eodem quo natus est die risisse fertur: cerebrumque ei
ad eo dicitur palpitasse, ut impositam repelleret manum, futuræ præ-
fagio scientiæ. Primus enim artes magicas creditur invenisse, ut au-
tor est idem Plin. lib. 30. c. 1.

Zōrōnysīs, ζωρόνησ, gemma magica, quæ nascitur in Indo flu-
mine. Plin. lib. 37. cap. 10.

Zosmata, redimicula. Cerda.

Zōst̄r, eris, ζωσίς, genus ignis sacri, medium hominem ambientis, &
enecantis, si cinxerit. Plin. lib. 26. c. 11. Ignis sacri plura sunt genera:
inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur: &

enecat si cinxerit. ¶ Zoster item Atticæ promontorium est, non
procul ab Anaphlysto, quam longissime in mare excurrent, teste
Strab. lib. 9.

Zōréphiæ, dicuntur, quæ mediam naturam inter sensibilia & vegeta-
bilia habent: ut ostrea, spongiaz, & similia inter animalia. Nos
forte, inquit Budæus, Plantanimes dicere possumus, vel Plantani-
malia.

Zōwām petia dicuntur, animalium figuris intexta.

Zoxeni, operarij, qui in diem vivunt, οὐταρά ζῶν, καὶ ζεζόν, quod
vivere significat in hospitiis: ipsi autem operarij, qui in aqueducti-
bus laborant, Silicarij dicuntur.

Z V

Zūchīs, ζύχις, oppidum est Africæ, non procul à Syribus: à quo sie-
gentile Zuchites, ζυχῖται. Steph.

Zuphium, ζυφίον, contract. ex ζυφίον, animalculum.

Zürā, sordes L.g.b. Item Aphrorum lingua semen paliuri vocatur,
contra scorpiones efficacissimum. Plin. lib. 24. c. 11.

Zuzā, drachma seu denarius: in argento pars octava daleri Iachimicis
in auro unus Vngaricus.

Z Y

Zygæna, ζυγένα, nomen piscis, apud Aristot. de animalibus. Massiliæ
Peis ionzou: Romæ Ciambetta, alibi pesce martello. vel balestra: ab
Hispanis Peis limo, limada, & rolando. Piscis ferus est Galeorum ge-
neris, cetaceus, absque squamis: cuius caput mallei instar, in cuius
extremis ex adverso oculi. Os in supina parte magnum, dentium
triplici oriae munitum.

Zygantes, ζυγάντες, populi sunt Aphricæ mediterraneæ, simiis ferè vi-
ctitantes, quarum magna copia apud ipsos gignitur. Plura de iis
scribit Herodot. lib. 4. Horum civitas, ζυγάντες, commemoratur à
Steph.

Zygla, ζυγλα, à Græcis appellatur aceris arboris genus, rubens, fissili li-
gno, cortice livido & scabro: Latini Caprinum vocamus. Dicta zy-
gia, quod ex ea materia fiant juga jumentis, quæ apud Græcos Zy-
gia vocantur. Vide Plin. lib. 16. c. 15. ¶ Zygia item Iunonis cognomen-
tum est, apud Pindarum, eò quod nuptiis præsidere putabatur: unde &
zaphnias vocant Græci. Latini etiam Pronubam. Virg. 4. Æneid.

— prima & Tellus & pronuba Iuno. Dant signum.
Eodem spectat & illud eodem libro,

Iunoni in primis, cui vincla jugalia cura.

Zygis, ζυγίς, Serpyllum sylvestre, non serpens humi, quemadmodum
hortense, sed in altitudinem increscens, ramulos edens tenues, sur-
culosus, foliis refertos longioribus quam rutæ, & durioribus, &
angustioribus: flores autem gignit injuncte olentes, & gustu acres.
Auctor Diosc. lib. 7. c. 37. Vide Zingi.

Zygitæ, ζυγίται, ex remigibus dicebantur, qui medio sedebant loco.
Nam qui summi erant, Thravitæ dicebantur: qui verò infimi, Tha-
lamij. Dicti Zygitæ, δημος ζυγίων, quo nomine inter cætera, tran-
stra & sedilia in navibus vocantur, quæ & Latini juga appellant.
Virg. 5. Æneid.

Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant. Deturbat.

Vide Cæs. Rhodig. lib. 16. c. 10.

Zygocephala, jumentorum capita jugo illigata.

Zygöpolis, ζυγόπολις, Ponti urbs in confinio Cappadocia, non procul
à Trapezunte: Auctor Strab. lib. 12.

Zygötæ, ζυγόσταται, ponderum examini præfecti, quorum officium
est prospicere, ne qua in ponderibus fraus committatur: ut anno-
tavit Alciatus in legem 2. Digest. Si certum patitur.

Zygostaticus, a, um, ζυγοστάτος, n, ò, ad zygostattem pertinens.

Zyme, ζυμη, fermentum à ζιω fermeo. Hinc

Zymit̄s, ζυμητ̄s. ζυμητ̄s. ζυμητ̄s. 3 Panis fermentatus: δην ἡ ζυμητ̄s
qua voce Græci fermentum appellant. Huic opponitur Azymus,
αζυμος, id est, panis fermenti expers.

Zythum, neutr. gen. vel Zythus masc. ζυθος. GAL. Certain breuvage

fait de blé ou autre grain, comme de la bière. ITAL. Acqua d'orso. GER.

Bier. HISP. La cerveza de cervada. ANGL. Beere. 3 Potus ex hordeo

aquâ resoluto confectus, acris gustu, & vini in morem inebrians.

Hoc Ægyptij vini loco utebantur (unde Peleusiacus potus à Poë-

ta invenitur appellatus) sicut Hispani simili factitij potus genere,


quam celiam, vel ceriam appellant. Plin. lib. 22. c. ult. Et frugum

quidem hæc sunt in usu medico. Et iisdem fiunt & potus, zythum


in Ægypto, celia & ceria in Hispania, cervisia & plura genera in


Gallia, aliisque provinciis: quorum otium spuma cutem fami-
narum in facie nutrit.

Zyzania, vide Zizania.





MUSEUM
NATIONALIS
ARCHAEOLOGICUS
ET ETRUSCOLOGICUS
UNIVERSITATIS
DE COIMBRA
BIBLIOTECAS











C A L E P I N
O C T O L I N G.
T O M O I . I .



N-1564

COIMBRA